



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

51. Desiderium praelij pax explet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



1664. que de suo largâ manu, laborantium  
cessitati.

*Progres-* Jam *Souchesius* Moraviæ ac Silesiæ Gub-  
*sus Chri-* nator, subsidio potissimum militiæ Imp-  
*stianorū.* lis, *Neitram*, *Levamq.*, profligatis etiam  
cis, recuperârat; incineratoque *Parkens*,  
rectorum mens erat authore eodem *Nor-*  
*num* obsidere, atque interim reliquo  
exercitu observare hostem, & oppugnare  
tegere, si quam fortè liberationem *Bat-*  
molirentur. Turcarum Archistrategi  
has Christianorum cogitationes diversas  
reparato propè *Strigonium* ponte Danubium  
trajicit, inque viciniam Neovariniensem  
*Waag.* sus metum auget, ne *Vagam* transfretatam  
in confines circum regiones pejora machinaretur.  
Sublatis igitur repente Castris & Castris  
stiani *Danubium* trajecti, præproperatis  
neribus *Vagam* versùs movent, ac Turcas  
antevertentes, junctas ponte ripas obsident  
quâ data occasione, iterum cum hoste  
conserturi.

*St.* Sed ecce dum pruriens miles in horas  
*Deside-* gulas pugnam expectat, simile nihil opinatus  
*rium* tibus pax utrinque pacta nunciatur. Castris  
*prælij* Turcarum Castris ducebatur Cæsareus Re-  
*pax ex-* dens, quem jam dudum antè, ad pacem cum  
*plet.* Mahometanis conciliandam, præmiserat Im-  
perator. Tractatu nunc cæpto, nunc inno-  
vato, & sapiùs licet omisso, in plures tamen



conditiones utrinque conventum erat. Qui- 1664.  
bus diebus ad S. Gottardum succubuerant  
Turcæ, Archistrategus ad se virum acciri ju-  
bet, præsentemque, an potestas ipsi adhuc in-  
tegra sit paciscendi, percontatus, dum nul-  
lius se revocationis hucusque conscium affir-  
mat Residens, in conventa nuper capita con-  
cludi pacem, ac signari perurget. Dictum,  
factum, & ad Imperatoris utriusque ratifica-  
tionem articuli sequentes prodire.

Postquam gliscentes nuper in Transylvania Pax  
visceribus, discordiarum motus, in apertum e- Chri-  
ruperunt bellum, ut communi Hungariam ca- stiano-  
lamitati subjicerent, afflictosq; populos restaura- Turcica.  
tà pace consolarentur, Sacra Casarea Majesta-  
tis apud Portam Ottomannicam Residens, tum  
supremus Turcica militia Vezirius, quoad Cæ-  
saris utriusq; accederet ratihabitio, sequentes  
initi fœdderis conditiones statuerunt.

I. Ut Praefidiis Casareanis munitæ Civitates  
Transylvania & arces, Principi ac Statibus re-  
stituantur: Copia verò utrimq; uno, eodemq;  
tempore, prius educantur: ut memorata Tran-  
sylvania, ceteraq; omnia loca statu tranquillo  
perfruantur: sublatoe vivis Principe, libera  
ejus electio sit penes Status, iisdemq; libertate  
pristina & jure undequaq; gaudere liceat.

II. Ut de Zatmariensi, Szabolizensi, aliisq;  
S. Casarea Majestatis in Ungaria sitis Comita-  
tibus & Provinciis, earumq; statibus & subditis,



Urbibus, Arcibus, Oppidis & pagis, prout veteri Calmar jurisdictioni subfuere, nullo prorsus modo & pacto a Turcis, Transylvanis, eorumq; Principe, aut quorumlibet exactiones ulla & tributa posthac exigantur.

III. Ut S. Casarea Majestati liberum sit, & arbitrium ad majorem Provinciarum securitatem, more hactenus in aliis confiniis observato, Zarmariam, Szabolciam, Caloniam, aliasq; Civitates & arces, in praedictis Comitibus communire: Nulli vero exercitus sub Ducibus, quod & in Turcicis & Transylvanis Provinciis cavendum est, introducantur: Arx tamen Zechelheidensis ad cavendam in utrisq; confiniis hostilitatem una cum propugnaculis omnibus & muris solo aequetur.

IV. Ut Ragotzij & Kemenijanos filios, aliosq; in Hungaria superiore, cum quibusvis auxiliaribus copiis, ingressus in Transylvaniam, & novorum ibi motuum limina inhibeantur, quod Turcis pariter & Transylvanis erga S. Casarea Majestatis Status observandum.

V. Ut nullis utriusq; partis hostibus, aliisve praedictis criminibus perfugium aliquod indulgeatur.

VI. Ut fortalitium, hoc belli tempore, prope Cambram exstructum, à nemine readificetur, nec praesidiario muniat.

VII. Ut unius ac alterius partis affectis, in hoc Transylvania, bellicae turbine, bona sua, jurisdictionis & honores restituantur, nec ulterius idcirco aggraventur: sed vicissim Principibus, damnum nullum atq; inquietudinem allaturi, obsequantur.

VIII. Ut S. Casarea Majestati in Confiniorum defensionem, cis Gutram, moliri Castrum vel arcem liceat.

IX. Ho.



IX. Hostilitates posthac & depopulationes nulla utrimq;  
exerceantur: graviter in eos, qui secus fecerint, animad-  
vertatur: Miles undequaq; contineatur, abductisq;, ex  
Hungaria Transylvaniæq; confiniis, Cohortibus nullus ul-  
trà reditus pateat, afflicti ut populi quiete stabili ac pace  
perfruantur.

X. Pro majori servanda pacis certitudine fœdus hoc  
annos omnino viginti complectetur, & quatuor spatium men-  
sum per Legatos eximios, apertumq; diploma, ad commu-  
ne omnium solatium confirmabitur. Romanorum vero Im-  
peratoris Legatus amicitie gratiâ, liberum 200000. floreno-  
rum donum afferat: è Portâ verò Ottomannicâ munus  
condecens submitatur: deinde loco & modo prius usitato,  
Oratorum transitus fiat; Ceterum, nisi à presentibus a-  
pertè aliquid mutatum, aut sublatum fuerit, hoc Pacis in-  
strumentum in vigore suo ac robore persistet: quod Latî-  
nâ, Turcicâq; linguâ erectum, atq; à memoratis Plenipo-  
tentiariis subscriptum, consignatumq;, factâ utrimq; solitâ  
permutatione, Latinum Turcarum, Turcicum Romano-  
rum Imperatori transmittatur. Actum in Castris Ot-  
tomannicis, juxta pagum Vafnar X. Augusti. Anno  
MDCLXIV.

Et quanquam pax ea neque Hungaris pla- 52.  
cuit, neque Germanis, qui sine ulla cum Im- Pax  
perio consultatione pactis contrariam, certè multis  
immaturam eo tempore causabantur, quò ingrata.  
plura spondebant bravîa Victores exercitus,  
tot impendiis, molestiisque collecti. Suas Cur à  
tamen Cæsar rationes habuit compositionis Cæsare  
accelerandæ: Timor, ne si Veneti præveni- accepta-  
rent, tu.